



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Libellus Famosus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

Loco interdicto fiat irregularis? Respondetur, quod sic, *c. is qui, §. is verò, de sent. excom. lib. 6.* secus verò si esset Ecclesia interdicta per sanguinis, vel seminis effusionem, *Lon. in c. si, n. 7. de excess. Præl. & Anchar. in d. c. is qui, n. 1.*

Tertium dubium, an qui moritur durante interdicto, eo post à sublato, possit sepeliri in loco sacro? Respondetur quod sic, *Innoc. loc. cit.*

Quartum dubium, quinam admitti possint ad audienda sacra tempore interdicti, vide *Nav. loc. cit. n. 180.* *Innoc. in c. quod nonnulli, n. 2. de privil.*

Quintum dubium, quænam dicantur suburbia adhærentia, & usque ad quem locum durent, vide *Aneha. in c. si civitas, de excom. lib. 6. num. 2.* & quid de domibus separatis, & non contiguis civitatis, & suburbiis, idem *ibidem*, & facit pro intellectu hujus text.

Sextum, interdictum non potest poni in Civitatem, Castrum, &c. pro debitis pecuniariis, *Bonifac. VIII. Bul. 1. Clement. Bul. 35. vide Bul. Pii V. 155. quæ incipit, Romani.* & *Greg. XIII. Bul. 7. quæ incipit, Ea est rerum.*

LIBELLUS FAMOSUS.

Primò, libellus famosus quid, sit quæ pœnæ componentis illius, vel legentis, vel non lacerantis, vide *glos. in Sum. 3. q. 1. §. ob carnem. 4. q. 3. l. unica, C. de fam. libel.* *Sylv. in ver. libellus, §. 5. Ang. eo. vers. §. 1.* & *Bullam Pii V. de hac materia, vide Cov. l. 1. c. 2. n. 7. ver. 2. var. resol. vide Nav. in c. pen. dist. 6. ubi habes, quæ peccata committantur ab illis, qui component libellos famosos.*

Secundò, libellum famosum faciens contra Papam, vel Cardinales, sunt excommunicati ipso jure, *Extravag. Martini V. similiter contra Generales Mendicantium, Cajet. in ver. excommunicatio, c. 8.* & similiter contra Prælatos Ecclesiæ, *Conc. Eli bert. in c. si qui, §. 9. 1.*

Tertiò, qui facerēt libellum animo publicandi delicta juridice, & ea probandi, & ut crimina illa hoc medio publicentur, ut probata puniantur, non incurunt aliquam pœnam, *c. quidam maligni, §. 9. 1.*

LAUDEMIIUM.

Primò, Laudemium non debetur in permutatione, donatione, datione in solutum, sed solum in venditione, nec in nova investitura, *Boer. decis. 263.* & *Guid. Pap. quest. 92. n. 1.* & quamvis loquatur in feudo, potest tamen extendi ad omnes contractus hujusmodi, propter identitatem rationis, idem *n. 1. 2. & 6. nisi aliter habeat consuetudo, vel pactum, ibidem n. 12. 13. & 14.* *Guid. Pap. q. 415. n. 3.*

Secundò, quibus casibus Laudemium solvi non debeat, vide *Sylv. in ver. emphyteusis, num. 28. §. 21.* ubi enumerat quinque casus, vide *Guid. Pap. quest. 48 n. 2.* nec debetur in remissione, quæ fit inter socios, idem *quest. 42. n. 2.* *Tiraq. de utroque retract. tit. 1. §. 6. gl. 1. à n. 1. & infra. & §. 1. gl. 2. num. 7.* vide *Vinc. de Fran. decis. 201.* ubi habes, an debeatur in legato, & quare debeatur, an in donatione, vide *Rodoan. tract. de reb. Eccles. non alien. q. 66. & quest. 2. c. 10. & 11. contract. censuales, §. 6.* *Sylv. in ver. dos, §. 8. n. 9.*